miniſtrationem habuerunt: non idoneum hujus continet indicium [1]. Nec enim pauperibus induſtria [2], vel augmentum patrimonii quod [3] laboribus, & multis caſibus quæritur, interdicendum eſt. S. 10. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De tempore poſt tutelam finitam.

11. Iidem AA. & CC. Chruſiano.

TUtor poſt puberem ætatem puellæ, ſi in adminiſtratione connexa [4] perſeveraverit [5]: tutelæ actione totus temporis rationem præſtare cogitur. Sin autem poſt [6] finitam adminiſtrationem in iisdem rebus minime ſe immiſcuerit: temporis quod inſequitur, periculum ad eum non pertinet. S. Kal. Decemb. *Anchialo*, CC. CONSS. 293.

De ſucceſſoribus.

12. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

TUtelæ actio tam heredibus [7] quam [etiam] contra [8] ſucceſſores [9] competit. S. 10. Kalend. Decemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De confeſſione tutoris extra inventarium, & de inventario conficiendo.

13. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

VEteris juris dubitationem decidentes [10], ſancimus; ſi quidem tutor, vel curator pro ſubſtantia pupilli vel adulti [11] aliquid ubicumque [12] dixerit ad majorem quantitatem eam reducens, ſive pro utilitate pupilli, vel adulti, ſive per ſuam ſimplicitatem, ſive per aliam quamcunque cauſam: nihil veritati præjudicare, ſed hoc obtinere quod ipſius rei inducit natura, & menſura pupillaris vel adulti oſtendit ſubſtantiæ. † Sin [13] autem inventario publice facto res pupillares vel adulti inſcripſerit [14], & ipſe per hujusmodi ſcripturam confeſſus fuerit ampliorem quantitatem [15] ſubſtantiæ: non eſſe aliud inſpiciendum, niſi hoc quod inſcripſerit, & ſecundum vires ejusdem ſcripturæ patrimonium pupilli, vel adulti exigi, neque [16] enim ſic homo ſimplex (immo magis ſtultus) inventur, ut in publico inventario ſcribi contra ſe aliquid [17] patiatur. §. 1. Illo proculdubio obſervando, ut non audeat tutor, vel curator res pupillares, vel adulti aliter attingere, vel ullam ſibi communionem ad eas vindicare, niſi [18] prius inventario publice facto, ſecundum morem ſolitum res ei tradantur: niſi teſtatores qui ſubſtantiam transmittunt, ſpecialiter inventarium conſcribi vetuerint [19]. Futuris tutoribus & curatoribus, quod ſi inventarium [20] facere [21] neglexerint: & quaſi ſuſpecti [22] [ab] officio removebuntur, & pœnis legitimis [23] quæ contra eos interminatæ ſunt, ſubjacebunt: & poſtea perpetua macula infamiæ [24] notabuntur [25], neque ab Imperiali beneficio abſolutione hujus notæ fruituri. Dat. Idib. Auguſt. *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. LII.

DE DIVIDENDA [26] TUTELA, ET PRO QUA PARTE QUISQUE TUTORUM CONVENIATUR.

Si tutor qui tenebatur, tempore officii depoſiti eſt ſolvendo, collega non tenetur. Bald.

1. Imp. GORDIANUS A. Optato.

SI poſt finitum adminiſtrationis officium, collegæ tui indemnitati præſtandæ idonei [27] fuerint, poſteaque dum non conveniuntur, minus idonei effecti ſunt, vitium alienæ [28] ceſſationis ad dispendium tuum pertinere, juris ratio non patitur. PP. 6. Id. Mart. GORD. A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

2. Impp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Primigenio.

SI diviſio adminiſtrationis inter tutores ſive curatores in eodem loco, ſeu provincia conſtitutos facta necdum [29] fuerit, licentiam habet adoleſcens, & unum eorum eligere, & totum debitum exigere: ceſſione [30] videlicet ab eo adverſus cæteros tutores ſeu curatores actionum ei competentium facienda. † In diviſionem autem adminiſtratione deducta, ſive [31] a Præſide, ſive teſtatoris voluntate: unumquemque pro ſua adminiſtratione convenire poteſt: periculum invicem tutoribus [ſeu curatoribus] non [32] ſuſtinentibus: niſi per dolum aut culpam ſuſpectum non removerunt, vel tarde [33] ſuſpicionis rationem [34] moverunt, cum alter eorum non ſolvendo effectus ſit, vel ſuſpicionis cauſam agendo ſua ſponte jura pupilli prodiderunt. Nec prodeſt eis dicentibus, [eum] contutorem ſuum non adminiſtraſſe res pupillares. † Sin vero inſi [35] inter ſe res adminiſtrationis diviſerunt: non prohibetur adoleſcens unum ex his in ſolidum convenire, ita ut actiones quas adverſus alios habet ad electum transferat. PP. emiſſa 12. Kal. April. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zotico.

LIcet tutorum conventione [36] mutuum periculum minime finiatur: tamen eum qui adminiſtravit, ſi ſolvendo ſit, primo [37] loco, ejusque ſucceſſores conveniendos eſſe non ambigitur. S. 4. Kal. Octob. CC. CONSS.

TIT. LIII.

DE IN [38] LITEM JURANDO.

Contra heredem tutoris ob dolum vel latam culpam inſtrumenta non reſtituentem, juratur in litem. Salic.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Aſclepiodoto.

ADverſus heredes tutoris ad transferendam tutelam judicem accipiens, tempore litis inſtrumenta [39] ad puberem pertinentia reſtitui deſiderabis. Quod ſi dolo non exhibeantur in item [40] jurandi tibi facultas erit: modo ſi quondam pupillo debitam adſectionem ad vincula [41] quoque religionis extendere volueris. PP. Kal. Auguſt. ANTONINO II. & GETA II. CONSS. 206.

Nemo invitus jurat in litem: & contra heredem tutoris, etiam ſi ſit heres heredis ob dolum vel latam culpam non reſtituentem juratur in litem. Salic.

2. Imp. ANTONINUS A. Severo.

IS, qui rationem tutelæ ſeu curæ repoſcit, invitus [42] in litem jurare compelli non poteſt: ſed volens ita demum audiendus eſt, ſi heres per [43] longam ſucceſſionem tutoris inſtrumenta pupillaria dolo vel circumveniendi pupilli gratia exhibere non vult. Sin vero neque dolus [44], neque lata culpa, neque fraus heredis convincitur, omiſſa jurisjurandi facultate judex de veritate cognoſcet: quæ etiam argumentis liquidis [45] inveſtigari poteſt. PP. 11. Kal. Octob. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Pupillus vel adultus non poteſt liquidum debitum gratis remittere. Bald.

3. Idem A. Priſciano.

SUmma ſententia comprehenſa [46], quam ceſſantibus tutoribus quondam tuis judex ſecutus jurisjurandi a te prolati religionem, in condemnationem deduxit, minui [47] pacto non potuit. PP. Kalend. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

1 Non idoneum judicium. 2 Senſus eſt: Quemque præſumi ſua potius induſtria, quam alienis bonis ditari. qua de præſumptione vid. Alciat. 2. *præſumpt.* 27. n. 3. adde quæ ſcripſi ad *l.* 6. §. *de don. int. vir. & ud d. l.* 7. 3 Facit *l.* 4. §. 1. *ff. de muner.* 4 Adminiſtrata poſt tutelam finitam prioribus connexa, veniunt in actionem tutelæ, *ut hic*: adde *l. unic.* §. *ut cauſa poſt pubertatem. l.* 17. *ff. de negot. l.* 5. §. 5. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 13. *ff. de tut. & rat. diſtrah. l.* 27. *ff. de appell.* 5 Tutor vel curator tenetur perſeverare in connexis ante translationem, non poſt. 6 Vid. *l.* 6. §. 3. *de peric. tut. l.* 1. §. 17. *ff. de tut. & rat. l.* 2. §. *com. de ſucceſſ.* 7 *l.* 1. §. 16. *l.* 7. *ff. de tut. & rat. l.* 42. §. 5. *in fin.* §. *de epiſcopis. l.* 3. §. *de hered. tut.* 8 Κατὰ κληρονόμων contra heredes. *Syn. Baſil. tit.* 3. *c.* 35. & *c.* Harm. 11. §. 47. 9 Hæc eſt 19. deciſio ex quinquaginta novis Juſtinianeis, vid. apud Inglous. *Anſ.* 10 Hæc eſt 19. partari neceſſitatem. 11 Exemplum ponunt in curatore adulti ſui facultates commendante, ut eo facilius ditorem uxorem reperiret. 12 Confeſſio tutoris profitentis (citra inventarium tamen) majorem quantitatem patrimonii pupilli non præjudicat veritati: non nocet denique ipſi confitenti. Quid ſi in inventario facta hujusmodi confeſſio fuerit? præjudicat tutori confitenti: adeo ut contrarium probare denuo non poſſit. *verſ. ſin autem.* 13 Confeſſio rerum pupilli in inventario facta a tutore, adeo tutori præjudicat, ut non poſſit contraria probatione uti. 14 Quid ſi res proprias inventario pupilli tutor adſcripſit? Salicetus exiſtimat præſumptionem juris & de jure eſſe, res ea pupilli eſſe aut faltem eas tutorem pupillo donaſſe, adeoque tutorem, ſi in inventario deſcripſerit, rem ſibi a patre pupilli legatam, videri legato renunciaſſe, quod Alciato omnimodo non placet: quem vide *part.* 2. *præſumpt. num.* 11. 15 Aliud erit, ſi tutore ignorante tale quid adſcriptum fuerit. 16 Adde quæ ſcripſi ad *l. ult.* §. *ad SC. Velleian.* 17 Mobile præſertim: id enim occultari facile poteſt. *l.* 22. *ſupr. de adm. tut.* Quid ſi immobile ſeu prædium aliquod inventario pupillari tutor adſcripſerit, quod pupilli non eſſet? Aretinus putat id pupilli non fieri: negat denique ea re veritati prejudicium fieri, *arg. l. cum falſa.* 5. *ſupr. de jur. & fall. ignor.* quod rationi conſentaeuum videtur Baldo. Quid ſi inventario quidam adſcripſit tutor, hac protestatione adjecta, ut ſi pupilli non ſint, pro adſcripto non habeantur? Protestatio hæc tutorem non invabit: niſi poſt cauſa cognita judicis autoritate res ejusmodi in inventario diſpunäe fuerint. Idem erit ſi dubius, aut cum ita ſe credere diceret, aliquid aliud inventario pupillari adjecerit. Nam cum illiusmodi conſilio apud acta in ipſo judicio fiat, idem præſtat ac reddit *Credendi* verbum, quod pura ac preciſa enunciatio ſeu affirmatio, ut *not. leg.* 2. §. *quod obſervari.* 2. *ſupr. de juresjur. propt. calum.* Quid ſi teſtibus res ita inventario pupillari adſcriptas, ſuas ac proprias, aut alterius eſſe probare velit? Raynerius Forliviensis putat teſtis non admittit teſtes ſuos (ſcripturæ, juris & legis cautione interpoſitam, non ipſorum contrahentium voluntate. Contra Richardus Salinienſis putat teſtibus locum eſſe. *arg. l. teſtium.* 18. §. *de teſtibus.* atque ita Venetiis judicatum refert Baldus. facit *l. l. pupillus.* 4. *l. de uſuris pupill.* 18 Tutor antequam inventarium rerum pupillarium fecerit, nihil quod pupilli ſit, attingere vel adminiſtrare poteſt. & breviter: tutoris adminiſtratio tutori decerni non poteſt, niſi inventario ſolemniter facto, cuque procedente *verſ. niſi.* 2. *l.* 1. 2. *ſupr. de admin. tut. l.* 7. §. 6. *in fin.* §. *de curatore furioſ.* 19 Teſtator poteſt tutori inventarii faciendi neceſſitatem remittere. Idque procedit ſive expreſſe prohibuit, ſive tutori remiſit. Verbalis etiam tantum differentia eſt, utrum quis dicat, *Veto fieri inventarium*; *vel, remitto confeſionem inventarii.* Bart. *ad l.* 55. §. *de legat.* 1. & ita communiter fiunt interpretes. Clarus §. *Teſtamentum, quæſt.* 66. *verſ. quod ad tertium, verſ. ſed hoc quidem.* Quid? voluntate teſtatoris non obſtante: poteſt judex, ſi minori id expedire deprehenderit, tutorem ad inventarii confectionem cogere? Poterit. Bart. *d. loco*, eamque communem eſſe opinionem refert Covarruvias 2. *Variar. reſolut.* 14. *num.* 4. & Clarus *d. loco in fin. ſed & jur.* ubi notat ſtatuto Genuenſium aliter receptum. Quid? uſufructuario poteſne remitti a teſtatore onus inventarii conficiendi? dixi ad *l.* 1. *ſupr. de uſufructu.* Quid heredi poteſne remitti? Poſſe ait Cujacius ad *Nov.* 1. *cof.* 1. *in fin.* Clarus paulo aliter diſtinguit: in præjudicium videlicet creditorum non poſſe: In legatariorum, fideicommiſſariorum & coheredum præjudicium, non poſſe, idque pro communi opinione adverſus Baldum Clarus defendit, *d. loco verſic. quod ad primum.* Quid? teſtator poteſne cuivis tutori inventarii conficiendi neceſſitatem remittere? Cuivis poteſt: cum legitimo & dativo: niſi aliter cauſa cognita refinierit judex. *arg. l. tutores.* 24. *ſupr. de adm. tut. l.* 1. *ſupr. ubi pupilli educar.* Quid ſi ſtatuto neceſſitas inventarii faciendi tutori mandetur? vel hoc etiam caſu teſtatorem tutori eam neceſſitatem poſſe remittere, cuſet Baldus. 20 Sive expreſſe prohibeat fieri inventarium, ſive remittat inventarii neceſſitatem. 21 *l.* 7. §. *de adminiſtr. & peric. tut.* 22 Quid ſi fallum quidem inventarium eſt, ignorantia tamen quasdam res tutor non adſcripſit? Il cum primum eorum rerum notitiam tutor habuerit, eas adjecerit, non removebitur. *arg. l. cum ancillis* 3. *ſupr. de inoffic.* 23 Pœna tutoris non conficientis inventarium, hic eſt, ut removeatur tanquam ſuſpectus, *ut hic*: & pœnis legitimis ſubjacet & infamia. *l.* 8. *l.* Juratur etiam adverſus eum in litem *d. l.* 7. Wurmſer. 1. *pract.* 38. *n.* 8. 24 Gravori animadverſioni. *l.* 1. §. 7. *ff. de off. praef. urb.* adde *l.* 3. §. 15. *in fin. ff. de ſuſpect.* in vincula detrudi poſſe Wurmſerus ait *d. loco.* modo conditionis humilis ſit. 25 *d.* §. 7.

26 *l.* 10. 7. *de fideiuſſoribus & mandat.* 27 Tutor non teneatur ex facto contutoris, qui ſolvendo tempore finitæ tutelæ fuit. *l.* 3. *ſupr. de probat. l. ult. ſupr. in quibus cauſ. tutor. habenti. l.* 39. §. 10. *l.* 53. §. *de adm. & peric. tut. l. ult. ff. rem pupill. ſalv.* 28 *l. ult. in fin. ſupr. in quibus cauſ. tut. hab. l.* 39. §. 10. *l.* 53. *ff. de admin. & peric. tut.* 29 Diviſione nondum inter tutores facta, poteſt pupillus in ſolidum unum eligere cellos actionibus adverſus alios. *l.* 6. *in fin. ſupr. tit. prox.* 30 *l.* 2. *l. de contrar. judicio tutelæ. l.* 1. §. 18. *ff. de tut. & rat.* 31 Si diviſa eſt in partes, ſeu regiones, vel provincias tutelæ adminiſtratio a judice vel teſtatore pro ea quisque parte tantum conventur, quæ ei attributa eſt, non pro parte collegarum, niſi dolus aut magna culpa argatur, quod collegam ſuſpectum non fecerit, aut fecerit cunidem, ſed vel luſorie vel everſis jure facultatibus. *Goth.* Facit *l.* 55. §. *fin. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* Anſ. 32 Tutor de ea re quæ extra ſuum regionem eſt, in judicium vocari non poteſt. *l.* 51. *ff. de admin. & peric. tut. l.* 2. *ſupr. de periculo tut.* 33 Puta everſis tutoris facultatibus. 34 Id eſt, cur ſuſpectus ſit. 35 Si diviſa ſit tutela, ſola tutorum conventione ſine judice ſingulis tenentur in ſolidum cum iis conditione, ut quem pupillus elegerit, et cedat actiones ſuas adverſus alios. adde *l.* 5. §. *de inoffiſcioſi teſtatis, conveniendo.* 36 Conventio tutorum non poteſt in fraudem pupilli dividere officium tutelæ, periculumque commune. *l.* 25. *l.* 26. *ſupr. de pact. l.* 1. §. 8. §. *ff. de admin. rer.* 37 Pacto tutorum non obſtante, prius conveniur gerens, & ejus heredes, quam qui non geſſit. *l.* 8. *ſupr. de admin. tut. l.* 2. §. *ſi tut. vel cur. non geſſer. l.* 6. *ſupr. tit. prox. l.* 55. *ff. de adm. & peric. tut.*

38 *L.* 12. *D.* 3. περὶ ἔρκου ἐκδικήσεων 22. *Synopſ. Baſil.* 6. *c.* 1. 39 Adde *l.* 5. §. 3. *ff. de tut. & rat.* 40 Contra heredem tutoris, etiamſi ſit heres heredis, juratur in litem poteſt ob non reſtituta inventaria. *L.* 2. *l. h. t. l.* 10. *ff. h. t.* 41 Jusjurandum religionis eſt vinculum. 42 Invitus nemo jurat in litem. vid. quæ notavi ad *l.* 15. *ff. de reg. jur.* 43 Contra heredem tutoris, etiamſi ſit heres heredis, juratur poteſt in litem, ſi de in dolo vel lata culpa. *l.* 1. *ſupr. h. t.* 44 Adde *l.* 5. §. 3. *ff. h. t.* 45 *l.* 5. *pen. ff. h. t.* 46 Et ita dolium liquidum a pupillo vel adulto remiſſi non poteſt. 47 Minor non poteſt pacto remittere conſummationem litem ex juramento in litem a ſe præſtito.

Contra tutorem etiam propter levem culpam juratur in litem: contra vero tutoris heredem propter dolum & latam culpam tantum. Salic.

4. Imp. GORD. A. Mutiano.

ALio [1] jure eſt tutor, alio heres ejus: Tutor [2] enim inventarium, cæteraque inſtrumenta [3] ſi non proferat, in litem jusjurandum adverſus ſe poteſt admittere: at [4] enim heres ejus ita demum, ſi reperta in hereditate dolo malo non exhibeat. Sed cum adverſus ipſum tutorem litem [5] conteſtatam eſſe dicatis: transferentibus vobis in heredes ejus actionem præſes provinciæ partes ſuas exhibebit: non ignorans, niſi exhibeantur inſtrumenta, quatenus juxta formam conſtitutionum partes ſuas debeat moderari. PP. 7. Kalend. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Propter dolum defuncti non juratur contra heredes. Bald.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Artemidoro.

LIcet [6] adverſus heredes ob non factum inventarium jusjurandum [7] in actione tutelæ prætermitti placuerit, judicem tamen [datum] velut ex dolo tutoris aliis indiciis inſtructum, adverſus eos ferre ſententiam convenit. S. 8. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

TIT. LIV.

DE [8] HEREDIBUS [9] TUTORUM VEL CURATORUM.

Heredes tutoris non tenentur ex levi culpa tutoris. Bald.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Fuſciano [10].

HEredes tutorum ob negligentiam quæ non [11] latæ culpæ comparari poſſit, condemnari non oportet, ſi non contra tutorem lis inchoata eſt, neque ex damno pupilli lucrum captatum, aut gratia præſtitum ſit. PP. 6. Id. Mart. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De non geſto a tutore tenetur ejus heres. Salic.

2. Imp. ANTON. A. Valentino & Materno.

PAter veſter tutor vel curator datus ſi ſe non excuſavit, non ideo vos minus heredes ejus tutelæ vel utili [12] judicio conveniri poteſtis, quod eum tutelam ſeu curam non adminiſtraſſe dicitis: nam & ceſſationis [13] ratio reddenda eſt. Prius tamen propter actum ſuum eos conveniendos eſſe, qui adminiſtraverunt, ſæpe reſcriptum eſt. PP. 11. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Heredes tutoris tenentur de eo, quod defunctus a ſe vel ab alio non exigit. Salic.

3. Idem A. Vitæ.

ADverſus [14] heredes quondam tutoris tui tutelæ actione conſiſte. In judicium autem veniet etiam id, quod tibi tutor ex [15] cauſa fidejuſſionis debuit. PP. 4. Non. Jul. ANTON. A. IV. & BALB. CONSS. 214.

Heredes tenentur ad eos perventa reſtituere, & de negletis a defuncto rationem reddere. Salic.

4. Imp. Alexand. A. Frontino.

HEredes eorum, qui tutelam vel curam adminiſtraverunt, ſi quid ad [16] eos ex re pupilli vel adulti pervenerit, reſtituere cogantur. In eo etiam, quod tutor vel curator adminiſtrare debuit [17], nec adminiſtravit, rationem reddere eos debere, non eſt ambigendum. PP. 8. Kalend. Novemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

TIT. LV.

SI TUTOR VEL CURATOR NON [18] GESSERIT.

Qui non admittitur ad accuſandum, poteſt eſſe promotor inquiſitionis, & poteſt implorare officium in locum deficientis accuſatoris. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Zotico.

CErtum [19] eſt non ſolum eos qui geſſerunt, ſed [etiam] qui [20] gerere debuerunt, tutelæ teneri etiam in ea quæ a contutoribus ſervari non potuerunt: ſi modo cum [eos] ſuſpectos facere deberent, id officium omiſerunt. Tu [21] autem etſi contra patronum [22] tuum famoſam actionem inſtituere non potuiſti: providere [23] tamen ne quid tutelæ deeſſet, neceſſariis poſtulationibus apud eum, cujus de ea re jurisdictio fuit, potuiſti. PP. 2. Id. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Contutor pro geſtis a contutore idoneo non tenetur in ſubſidium, pro negletis ab utroque pariter tenetur cum illis. Salic.

2. Idem A. Juſto.

QUi ſe non immiſcuerunt tutelæ vel curæ ex perſona eorum qui geſſerunt, & idonei ſunt, non [24] onerantur. Si qua vero ſunt, quæ cum geri debuerint, omiſſa ſunt, latæ culpæ ratio [omnes] æqualiter tenet. PP. 8. Kal. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

TIT. LVI.

DE USURIS [25] PUPILLARIBUS [26].

Si tutor pecuniam pupilli in uſus ſuos convertit, ad uſuras tenetur. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Creſcentino.

TUtorem vel curatorem pecuniæ, quam [27] in uſus ſuos convertit, legitimas [28] uſuras præſtare debere, olim placuit. PP. Non. Jun. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Tutor tenetur ad uſuras etiam ejus quod a contutore debetur, vel pro contutore debet. Salic.

2. Imp. ALEXAND. A. Ampliato.

EJus quod ex cauſa [29] tutelæ debetur uſuras [30] præſtari oportere dubium non eſt: quamvis aliis pro participe [31] muneris neceſſitas ſolutionis irrogetur: quia non id alias contingit, quam ſi ceſſatio contutoris in ſuſpecto faciendo imputari poſſit. PP. 13. Kalend. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Si tutori non poteſt culpa imputari, ad uſuras non tenetur. Salic.

3. Idem A. Vitalio.

SI pecuniam pupill[illegible] idem A. Vitalio. [illegible]que idoneis [32] hominibus [33] credere, neque [34] in em[illegible] poſſeſſionum convertere potuiſti: non ignorabit judex uſu[illegible]te exigi non oportere. PP. Id. April. MODESTO & PRO[illegible] CONSS. 229.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Ditatio & Aurelio.

PUpillus agere vobiſcum actione tutelæ compelli non [36] poteſt. Verum adverſus futuram [37] calumniam, ut & ſi quid ei debetis, curſus inhibeatur uſurarum, denuntiationibus [38] frequenter interpoſitis, ad judicium eum [39] provocare [40]: ac ſi rem diſſimulatione proferat actis apud præſidem provinciæ factis voluntatis veſtræ rationem declarare: quo facto, tam vobis ipſis, quam ſecuritati ſua liorum veſtrorum conſuletis. † Quod & in curatoribus locum habet. PP. 3. Kal. Septemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

TIT. LVII.

DE FIDEJUSSORIBUS [41] TUTORUM VEL CURATORUM.

Cum tutore & cum fidejuſſore non poteſt pupillus in ſolidum agere. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Felici.

ELigere [42] debes utrum cum ipſis tutoribus vel curatoribus, ſeu heredibus eorum, an cum his qui pro ipſis ſe obligaverunt, agere debeas: vel (ſi ita malis) [dividere] actionem. Nam in [43] ſolidum & [44] cum reo & cum fidejuſſoribus agi jure non [45] poteſt. PP. 10. Kalend. Februar. JUL. II. & CRISPINO CONSS. 225.

1 Heres & defunctus cenſetur alio jure (unde notant, fœneratoris heredem, codices defuncti feneratorius habere non præſumi. *Clem.* 1. *de uſuris.*) niſi lis conteſtata fuit cum defuncto. 2 *quæſtio.* 8. *in fin. ff. de peric.* 3 Tutor qui inventarium non fecit, in litem jurejurando tenetur, ſimiliter & ei qui inſtrumenta non profert. Nam hoc ipſum dolo facere videtur, quum reperta in hereditate inſtrumenta ſupprimit. Si vero poſt litis conteſtationem tutore defuncto heredes judicium actionis tutelæ non impleverint, & ipſi in litem jurejurando tenentur. *Synopſ. Baſil.* 37. *tit.* 5. *ex lib.* 38. *tit.* 25. *c.* 4. 3 *l.* 1. *C.* 2. §. *h. t. l.* 10. *ff. h. t. l.* 4. §. *ad exhibendum.* 4 Res ita habet: in tutorem ſemper, id eſt, etiam ex levi culpa in litem jurari ob non exhibita inſtrumenta. In heredem tutoris ob non exhibita inſtrumenta nunquam jurari in litem, niſi dolo proprio, vel lata culpa, *l.* 1. *J. de hered. tut. l.* 4. §. 1. *ff. de fideiuſſ. tut.* inſtrumenta non exhibeat. Ex dolo defuncti non jurari, niſi lis conteſtata fuerit cum defuncto. An & ex levi culpa tutoris lite cum eodem conteſtata in heredem jurabitur? Salic. ait. 5 Effectus litis conteſtatæ. *l.* 1. *J. tit. prox.* 6 Tutoris heres ob non factum inventarium, non tenetur ille quidem, ſed alio tamen modo conveniur. Nam quia dolo malo tutoris factum videtur, quod nullum conſcriptum ſit inventarium: velut ex dolo tutoris heres tenetur. *Synopſ. Baſil.* 37. *tit.* 5. *ex lib.* 38. *tit.* 3. *c.* 36. 7 In litem. 8 Vid. *l.* 1. *J. tit. prox.* 9 Hue refer partem titull de fidejuſſoribus & nominatoribus, & heredibus tutorum vel curatorum *L.* 27. *ff.* 7. 10 *Pref. urbi*, de quo dicam ad Tertull. *lib. ad nationes J. G.* 11 Αὐτὸ μεγάλην ἀμελειαν. Baſilic. Idcoque hanc negativam Cujacius expungit, *hic* & 13. *obſerv.* 39. eo ſentit, heredem tutoris ex ejusdem levi culpa teneri: & ita a communi opinione diſſentit. Movetur quod heres tenetur ex contractu defuncti: ergo & levi culpa, ad hæc, cum receptum ſit heredem tutoris negligentia propria non teneri. *l.* 4. §. 1. *ff. de fideiuſſ. tut. l.* 4. *ff. de magiſtr. conven.* latis id indicat proprior negligentiam defuncti heredem obligari. 12 Utili non directa, tenetur qui non geſſit. *l.* 4. §. 3. *ff. rem pupilli ſalvam fore.* 13 De non geſto a tutore vel curatore teneatur eorum heredes, ut *l. ff tut. vel curat. non geſſerit.* 14 *l.* 1. 2. 3. *h. t. l. ult. J. h. t. l.* 1. §. 16. *ff. de tut. & rat. l.* 12. *ſupr. abſol. tut.* 15 Heredes tutoris tenentur ex eo, quod defunctus a ſe vel ab alio non exegit: 16 Heredes defuncti tenentur id, quod ad eos pervenit, reſtituere. 17 Heres tutoris tenetur de negletis a defuncto. 18 *l.* 5. *J. tutori tut. l.* 2. *l. ult. h. t.* 19 Tutor qui tutelam non geſſit, ſi quidem is qui eam geſſit idoneus eſt, non conveniur: ſin ille ſolvendo non eſt, conveniur: propterea quod cohtutorem ut ſuſpectum non removerit. *Synopſ. Baſil.* 37. *tit.* 11. *ex tit.* 16. *cap.* 1. 20 *l.* 6. §. *arbitr. tut. l.* 3. §. 2. *l.* 39. §. 11. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 4. §. 3. *ff. rem pupill.* 21 Accuſare alinm non videtur, qui judicis officium advocat & implorat, ut judex in eum de qua agitur, inquirat. 22 *l.* 1. *J. de obſequiis. l.* 16. *ff. de in jus vocando.* 23 Libertus patronum accuſare ita non poteſt, ut patronus infamietur; poteſt tamen recte judicis officium implorare, ut id patronum inquirat. Pone tutorem inquirente judice ſuſpectum repertum eſſe damnatum ac remotum: etiine infamia? negant, incipiens infamem fieri: quod nutrum, obliquè poſſulante liberto, infamis fieret, unde notant infamem non fieri, qui inquirente tantum judice officio tutele remotus ſit. *Gloſſ. l. ult. T. de ſuſpect. & l.* 3. §. *praterea.* 4. *ff. de ſuſpect.* adde Bart. *in l. infamem.* 7. *ff. de publ. judic.* 24 Vide *l.* 8. §. *de admin. tut. & ſeq.*

25 *l.* 3. §. *arbitr. tut. h. t.* 7. §. 10. *ff. de admin. & peric. tut.* 26 Uſuræ pupillares hic ſunt, quas tutores pupillis ſuis præſtant, ſi pecuniam pupillarem ſuos in uſus converterunt. *l.* 1. *J. h. t. l.* 38. *ff. de negot.* ſi quam pecuniam pupillis ſuis debeant. *l.* 2. *J. h. t.* & eam a ſe non exigunt vel ſolvunt. *l.* 4. *J. h. t.* ſi pecuniam pupillarem cum poſſent idoneis hominibus non crediderint, vel ex ea non emerunt prædia. *l.* 3. *J. h. t.* 27 *l.* 7. §. 4. *ff. de admin. & peric. tut.* 28 Centeſimas. Accurſ. *arg. l.* 38. *ff. de negotiis* & ſemiſſes. Hotom. 1. *de uſur.* 7. Cujac. *hic.* Accurſii opinionem ſequitur Molinæus *de uſur. quæſt.* 76. *num.* 588. hic enim agi putat de magnis uſuris: nullas autem majores eſſe centeſimis. verum autor Synopſ. Baſilicon 37. *tit.* 11. *ex tit.* 7. *cap.* 1. πολεμικὸς τόκος, hoc eſt, legitimas uſuras hic interpretatur πολεμικὸν τόκον ſemiſſes centeſimæ, ubi in ora quoque hoc præterea obſervatur, ſemiſſes centeſimas præſtare eum, qui pecunia pupilari utatur, ſed centeſimas deberi obſeudit. 1 38. *ff. de negot.* 29 *l.* 34. *ff. de uſur.* 30 Pro more regionis. 31 Uſuras in regione conſuetas tutor debet, quoties conventiur ex ſua perſona vel contutoris. *l.* 7. §. 14. *ff. de admin. & peric. tut.* 32 Εὐκόποις ὀφειλόμενος; id eſt, locupletibus. *l. ult. ff. rem pupilli.* vide Cujac. 8. *obſerv.* 30. & ita legendum apud autorem Synopſ. Baſil. *tit.* 137. *tit.* 11. *ex lib.* 38. *tit.* 17. *cap.* 3. ubi perperam legitur ἐνίοις pro εὐκόποις, quod & ibidem ſu ora notatum eſt. 33 Alii legunt *nominibus*, utrumque rectum eſt, *Idoneis nominibus* & *Idoneis hominibus.* 34 *l.* 42. §. 7. §. *de epiſcopis.* 35 Pecunia otioſa ſunt quæ vel idoneis hominibus creditur, vel in emptionem prædiorum convertere tutor non potuit, earum pecuniarum uſuras non debet, vid. Paul 2. *ſent.* 14. §. *ult. l.* 12. *in fin. ff. de admin. & peric. tut.* 36 *l. un.* §. *ut nemo invit. ager.* adde *l.* 2. §. *de in ill. jur.* Ad hanc legem vide Mont. *de tutel. cap.* 37. *num.* 82. & Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 103. 163. 164. Anſ. 37 Teſtes ad acternam rei memoriam recipi & interrogari petere is poteſt, qui rationes reddere parantur, modo ſuum & in ea re fugiendam habet adverſarium. 38 Duobus modis curius pupillarium uſuraturum impedituir, oblatione pecuniæ obligatæ, & depoſitione. *l.* 1. *in fin. ff. de uſur.* *l.* 25. §. 1. *ff. de admin. & peric. tut.* & oblatione quidem per denunciationem facta lexpiur, & ad extremum apud acta jus dicentis proteſtatione facta per debitorem, ſed & eo dicente ſe paratum eſſe parem rationem facere cum pupillo fine denunciatione & depoſitione.

39 Molinæus *de uſur. d. loco* 9. 39. & *N.* 205. 206. id intelligit de adulto tallum denunciationum capace: capace, inquam, ex more regionis, cujus imbecillitatem ſupplendam eſſe exiſtimat propinquorum præſentia. 40 Agendi tempus adverſario conſtituti a Judice recte poſtulatum. vide *l. diſſimular.* 5. *J. de ingenuis.*

41 *Lib.* 27. *D.* 7. 42 *l.* 7. *ff. h. t.* hodie ſubſiata eſt electio, cum principalis ſit conveniendus. *Novell.* 4. *c.* 1. 43 Cum tutore & cum fidejuſſore non poteſt pupillus in ſolidum agere. 44 Libello uno & eodem rens ejusque fidejuſſor conveniri non poteſt. 45 Niſi proteſteris te una ſolutione contentum eſſe. *arg. l.* 1. §. *quia autem.* 4. *ff. quod legat.* Quid ſi fidejuſſor renunciavit beneficio novæ conſtitutionis: agi adverſus eum poteſt. *Bald.*

Pro ea parte quam tutor solvit, liberatur fidejussor. Ex Salic.

2. Idem A. Prisco.

NOn est ambigui juris electo [1] reo & solvente fidejussorem liberari, & ideo si simpliciter [2] acceptus est fidejussor in id, quod tutor seu curator debiturus esset, cum [3] proponas tutorem seu curatorem condemnatum solvisse, quid dubium est fidejussorem liberatum esse? Plane, si stipulatio rem salvam [pupillo] fore interposita est, vel cautum est in id [4], quod a tutore vel a curatore servari non potest, manet fidejussor obligatus ad supplendam tibi indemnitatem [5]. PP. 8. Kalend. Auguſt. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

TIT. LVIII.

DE CONTRARIO [6] JUDICIO TUTELÆ.

Actio extincta cedi non potest. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Stratoni.

SI pro contutore judicato pecuniam solvisti [7]: nullum judicium tibi contra pupillum competit, ut delegetur [8] tibi adversus liberatum actio. Quod si nomen emisti: in rem suam procurator datus, heredes judicati poteris convenire. PP. 7. Kalend. Mart. FABIANO & MUTIANO CONSS. 202.

Tutor non ex propria, sed contutoris culpa condemnatus solvens, habet beneficium cessionis, & utilis actionis. Salic.

2. Imp. ANTONINUS A. Primitivo.

SI non ex propria [9] culpa solus pupillæ condemnatus es, sed absens & indefensus acquievisti [10]: cum ex causa judicati satisfacere cœperis, actiones adversus contutores tuos mandari [11] tibi a pupilla desiderabis, vel utili [12] actione uteris. PP. 2. Idib. Octobr. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Pro illa parte ad quam pupillus succedit tutori, extinguitur actio tutelæ. Salic.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Thesidi.

SI pater tuus, quem privigni [13] sui tutelam administrasse proponis, testamento recte facto, pupillo etiam [illegible]dam suo herede instituto, decessit: quoniam nonnisi [14] p[illegible] hereditaria tutelæ petitionem confusione constet extingu[illegible]dua parte succedentem patri, tutelæ te convenit apud co[illegible]em Judicem reddere rationem, qui secundum bonam fidem, eorum etiam quæ patrem tuum in rem ejus erogasse dicis, admissa compensatione, reliqui (si quid amplius debetur) faciet condemnationem. Quod si sciens amplius in rem suam erogatum agendum propterea tutelæ non putaverit: eum contrario judicio convenire potes. S. 18. Kal. Jan. CC. CONSS. 293.

TIT. LIX.

DE AUCTORITATE [15] PRÆSTANDA.

Pupillus potest sibi stipulari sine tutore, sed non actionem remittere. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Antoniano.

NEque tutoris, neque curatoris absentia quicquam stipulationi [16] pro pupillo [vel [17] adulto] habitæ nocet. Sine die. AA. CONSS.

2. Iidem AA. & CC. Serenæ.

NEque actiones sine tutoris auctoritate in ætate pupillari constitutæ remittendo [18] quicquam amittere poteris. S. 17. Kalend. Maji. CC. CONSS. 293.

Emens a pupillo sine tutore, non præscribit. Salic.

3. Iidem AA. & CC. Cajo.

EUm qui a pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit [19], longi temporis spatium non defendet. S. 3. Kalend. Decembr. CC. CONSS. 293.

Minor non potest esse in judicio criminali sine tutoris, vel curatoris auctoritate. Salic.

4. Imp. JUSTIN. A. Joanni P. P.

CLarum posteritati facientes, sancimus, omnino debere, & agentibus, & pulsatis in criminalibus [20] causis minoribus viginti quinque annis adesse [21] tutores, vel curatores, in quibus [22] casibus [adultos, &] pupillos leges accusari concedunt: cum cautius & melius fit cum suasione [23] perfectissima, & responsa facere minores, litemque inferre, ne ex sua imperitia vel juvenili calore aliquid, vel dicant [24], vel taceant [25], quod si fuisset prolatum, vel non expressum, prodesse eis poterat, & a deteriore calculo eos eripere. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

In omnibus actibus sufficit auctoritas unius tutoris, nisi administratio sit divisa. Bald.

5. Idem A. Joanni P. P.

VEterem dubitationem amputantes, per quam testamentarii quidem vel per inquisitionem dati tutoris & unius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diversis regionibus destinati: legitimi autem, vel simpliciter dati omnes consentire compellebantur: Sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, sive in testamento [26] paterno, sive ex lege [27] vocati, [sive] a judice [28], vel ex inquisitione, vel simpliciter dati, unius [29] tutoris auctoritatem [pro] omnibus tutoribus sufficere, ubi [30] nondum divisa est administratio, vel pro regionibus, vel pro substantiæ partibus: ibi etenim necesse est singulos pro suis partibus vel regionibus auctoritatem pupillo præstare: quia in hoc casu non [31] absimiles esse testamentariis, & per inquisitionem datis legitimos, & simpliciter datos jubemus: eo quod fidejussionis onere prægravantur, & subsidiariæ [32] actionis adminiculum sperantur. † Sed hæc omnia ita accipienda sunt, si non res quæ agitur, solutionem [33] faciat ipsius tutelæ: ut puta si pupillus in [34] arrogationem se dare desiderat. Etenim absurdum est solvi tutelam non consentiente, sed forsitan ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus: Tunc etenim, sive testamentarii, sive per inquisitionem dati, sive legitimi, sive simpliciter creati sunt: necesse est omnes suam auctoritatem præstare: *Ut quod* [35] *omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur.* † Quæ omnia simili modo, & in curatoribus observari oportet. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. LX.

QUANDO TUTORES VEL CURATORES ESSE DESINANT [36].

Pubertate finitur officium curatoris adjuncti simul cum officio tutoris cui adjungitur.

1. Imp. ANTONINUS A. Hernulæ.

SI curatores tutoribus adjuncti sunt: pubertate [37] pupilli tam tutorum, quam [curatorum adjunctorum [38]] officium finiri: ideoque alios propter ætatis infirmitatem curatores esse dandos, manifestissimum est. PP. 4. Kal. Auguſt. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Pupillus non potest cassare tutorem. Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Menippo.

TUtoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri certissimum [39] est. S. 13. Kal. Februar. CC. CONSS. 293.

1 An electo tutore fidejussor liberetur. 2 Fidejussor tutoris duobus modis obligari potest, uno modo pure ac simpliciter, *ut hic.* Altero, si non idoneus sit tutor, *verf. plane.* Prior formula pura est: Altera conditionalis: utraque tamen recta est ac legitima. 3 Solvente reo liberatur fidejussor. 4 Duobus modis fidejussor tutoris obligari potest, vel simpliciter, vel in omnem casum. 5 Quid fidejussorem, fietne citra novum judicium executio? sic videtur. Nam qui fidejubet apud acta judicis, fidejussor est, etiamsi voluntaria jurisdictione non contentiosa fidejusserit. Tutius tamen est, ut id recte poßit fieri, fidejussorem nominatim obligari non debiti modo, sed etiam judicati nomine, *arg. l. ult. inf. de asur. res judic.*

6 *Lib.* 27. *D.* 4. De contrariis judiciis, vide Cujac. 9. *observat.* 2. 7 Et ita extincta obligatione, hoc innuit: Extinguendam, non jam extinctam actionem, cedi posse. 8 *l.* 36. *ff. de fidejussor. l.* 76. *ff. de solut.* 9 Tutor ob contuoris culpam condemnatus si solverit, actiones in contutorem, sibi cedi postulare potest. 10 Id est, non appellasti. 11 Id est, cedi. vide *l.* 2. 3. *de desist. tutela. l.* 20. *in fin. ff. de tut. & rat. l.* 4. §. *de in lit. dando.* 12 Tutori adversus contutorem utilis est actio, *ut hic:* & duumviro adversus collegam. *l.* 2. §. 9. *ff. de admin. rer.* 13 Vitricus privigno tutor esse potest. *l.* 2. *supr. de interdict. matr. l.* 32. §. 1. *ff. de adopt.* dixi ad *l.* 1. *supr. ubi pupill.* quod verum Bald. existimat, si ei curator adjungitur. Cur? vide eundem. 14 *l.* 6. *supr. de hered. act.*

15 *De auctoritate tutorum* 1. *Inst.* 21. *de Auctoritate & consensu tutorum Lib.* 26. *D.* 8. περὶ αὐθεντίας ἢ συναινέσεως ἐπιτρόπων. 37. *Eel.* 6. Autoritas approbatio tutoris expressa. 16 Pupillus sine tutore sibi stipulari poteſt. *l.* 9. *ff. h. t. Inst. eod. in pr. l.* 7. *J. de contr. stipul.* 17 Hæc negotio deest *l.* 101. *ff. de verb. oblig.* Goth. Vide *ibi notat.* S. 1. 18 Pupillus sine tutore actionem remittere non potest. 19 Emens a pupillo suo tutor non præscribit. 20 Minor non potest esse in judicio criminali sine tutore auctoritate. *Odit.* pupillus tutore; adultus curatore ea in re indiget. Possit quoque dicere in judicio criminali, & ad litem criminalem curatorem pupillo dari. *arg. l. propter.* 7. *J. ad l. Jul. de adulter.* Quid si lis instituta contra minorem viginti quinque annis fuerit, nullo prius illi dato curatore? ipso jure nulla fuerit: Bolius *tit. ff. de adversario judicatum.* Roland. 1. *cons.* 31. *num.* 1. idque receptum in regnis Hispanicis esse, Piaca retulit 1. *decisf.* 32. *num.* 12. In Italia diversum. Ferrarient. *in forma inquisitionis, in verbo, & in Gallia.* Imberb. *in Enchiridio, in verbo, Auctoritas.* Rebuff. *in proœm. constit. gl.* 5. *n.* 71. Moventur Itali & Galli quod in delictis minor viginti quinque ancontestetur. Roll. *de confessis, n.* 69. *adde l. 1. n.* 3. *ff. adscrip. delict. l.* 37. §. 1. *ff. de minorib.* Poteſt tamen ætas ad elevationem pœnæ ei prodesse. Clar. 5. *sent.* 5. *ult. quæst.* 50. *num.* 74. Auſt. 21 Id est, auctoritatem interponere. Jura veteri præsentia vel de accusf. Paul. 5. *sent.* 12. §. 4. 22 An hæc sententia est, Ecclisiorum in omni crimine adulti & pupilli possunt? an potius hæc, de quibus quæ possunt, & in eo ab impuberibus differunt? in criminali causa pupillis tutor: adultis, curator: minoribus

Pubertas non ex inspectione, verum ex ætate æstimanda.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

INdecoram [1] observationem in examinanda marium pubertate resecantes, jubemus quemadmodum fœminæ post [impletos] duodecim [2] annos omnimodo pubescere judicantur, ita & mares post excessum quatuordecim [3] [annorum] puberes [4] existimentur: indagatione [5] corporis inhonesta cessante. Dat. 8. Id. April. *Constantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. LXI.

DE ACTORE A TUTORE SEU CURATORE DANDO.

Etiam pater tutor filii non constituit procuratorem, sed actorem ante litem contestatam. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Alphocrationi.

SI fui juris constituti filii tui, matri successerunt: licet [6] te tutorem eorum esse probetur, tamen non [7] per procuratorem, sed actorem [8] decreto constitutum a te, res eorum te absente peti convenit. S. Non. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

TIT. LXII.

DE EXCUSATIONIBUS [9] [TUTORUM ET CURATORUM] ET DE TEMPORIBUS EARUM.

Spado a tutela non excusatur.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Aviolæ.

FAlsa suasione credis te propterea quod *spado* [10] sis, immunitatem a tutelis habere. PP. Kalend. Maji, CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De rebus provincialibus.

2. Idem AA. Habentiano [11] & Cosconio.

SI curatores dati estis generaliter [12], nec [13] decreto significatum est, *Italicarum tantum rerum* vobis munus injunctum: adire debetis competentem judicem, ut vos a provinciali administratione liberet [14]: Quod si factum fuerit, petent tibi in provincia curatores adolescentes. PP. 8. Kalend. Septemb. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

Ingenuus *a tutela libertini excusatur.* Salic.

3. Idem AA. Crispino.

EXcusationis quidem tuæ, si ingenuus [15] libertino tutor datus es, certa causa est. Sed cum te Præses provinciæ audiendum non putaverit propter præscriptionem, quasi tardius adires, nec a decreto provocaveris: intelligis parendum esse sententiæ. PP. Idib. Mart. ALBINO & ÆLIANO CONSS. 207.

De Maxito ignorante.

4. Imp. ANTONINUS A. Agatho [Dæmoni.]

AMplissimi ordinis consulto [16], qui [17] pupillam fuam uxorem duxit, nuptias contrahere non [18] intelligitur, & tamen infamis [19] constituitur. Sed si tu Demetriæ [20], cum eam in matrimonio haberes, absens & ignorans curator constitutus es: potes esse securus, dum tamen alius substituatur. Non enim [debet] ignorantiæ maritorum, amplissimi ordinis consulto fraus quæri. PP. 11. Kal. Jul. SABINO & ÆLIANO CONSS. 207.

De libertis.

5. Imp. ALEXAND. A. Basilio.

LIbertos [21] a tutela vel cura liberorum patroni seu patronæ nullam excusationem impetrare [posse,] amplissimus ordo, auctore D. Marco, censuit. Et ideo nec illud eis prodesse debet, quominus curatores etiam inviti patroni seu patronæ liberis dentur, quod eorundem tutelam administraverunt.

De termino, intra quem excusationes proponi debent.

6. Idem A. Maximiano.

QUinquaginta [22] dies, qui præfiniti sunt ad professionem excusationis iis qui tutores seu curatores dati sunt, ex eo die cedere, ex quo decretum Prætoris, aut testamentum parentis notum [23] factum fuerit ei qui ad munus vocatus fuerit, ipsa constitutio, quæ hoc induxit, fanxit. Sed si quis in ejus temporis computatione ab eo, cujus de ea [re] notio fuerit, injuriam passus, non provocavit: acquiescere [rebus] judicatis debet. PP. 3. Non. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Creditor *vel* debitor *non excusatur.*

7. Idem A. Antonino.

NEque a tutela, neque a cura ideo quis excusatur, quod creditor [24] sive debitor ejus est, cui tutor sive curator datus est: sed participem in munere habere debet, ut si res exegerit, is qui alieno auxilio eget, defendatur. PP. 3. Id. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Coloni fisci *non excusantur.*

8. Idem A. Maximo.

COloni (id est conductores prædiorum ad fiscum [25] pertinentium) hoc nomine [26] excusationem a muneribus civilibus non [27] habent: ideoque injunctæ [28] tutelæ munere fungi debent. PP. 4. Kalend. Februar. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

Oculo amisso *a tutela suscepta tutor non excusatur.*

9. Idem A. Romano.

FRater [tuus] non ideo a tutela, vel cura excusari debet, quod oculum [29] amisit: proinde intelligis munus susceptum eum deserere non posse. PP. Kal. Febr. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

Exactores tributorum excusantur.

10. Idem A. Crispino.

EXactores [30] tributorum tanto tempore, quanto rationem tributariam tractaverint, non solum ab oneribus, sed etiam a tutelis vacationem habere, dubitare non debuisti. Dat. Id. Auguſt. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De bonis existentibus in alia provincia.

11. Idem A. Hylæ.

TEstamento tutor datus, ut a bonis his excusareris, quæ pupilli tui in alia [31] provincia, quam unde es, ubique moraris, possident: intra quinquagesimum diem postulare debuisti. Quod si facere cessasti: excusatio quidem temporis præscriptione summovetur: sed propter [32] late diffusum patrimonium, an tibi adjungi aliquos curatores oporteat, Præses provinciæ, si te insufficientem deprehenderit, æstimabit. PP. 8. Id. Dec. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

De tutela voluntaria.

12. Imp. GORDIANUS A. Valentino.

VOluntariæ [33] tutelæ munera privilegiis [34] nihil derogant [35]. PP. 2. Kal. Nov. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

1 De qua mox dicam. 2 *l.* 13. §. 2. *ff. de tut. dat.* quod quanquam Justinianus sibi tribuat, videtur tamen aliunde sumpsisse. Tertullianus *lib. de velandis virginibus: Tempus, inquit, Ethnici observarunt, ut ex lege naturæ jura sua statibus redant. Nam feminas quidem a duodecim annis, masculos a duobus amplius annis ad negotia admittunt.* 3 Fit & id quoque desumptum aliunde ex Proculi scilicet schola. Ulp. 11. §. *ult.* Hinc Tertullianus *lib. de anima c.* 20. *Puberatem, inquit, annorum cum carnali decimus contemnere: pariterque & illam suggestu sensuum, & illam processu membrorum exurgere a decimo quarto fere anno, quia Aesclepiades inde Sapientium populum, nec quia jura civilia abhinc agendis reius obtemperant: sed quod & hæc de primordiorum ratio est.* Hanc etiam definitionem fuisse pubertatis pure receptam Macrobius refert 7. *Saturn.* 7. Idem 1. *in somnium S. Ipse annos ita septem ipsa ætas necessitate pubescit.* Idem tutela pueris quasi virile jam robur adsolvitur, de qua tamen fœminæ propter voluptuosi sensuum motus triennio legitimo liberantur. 4 Pubertas igitur in masculo quatuordecim, in fœmina duodecim annis definitur, ut hic, *Gl. l.* 5. *ff. qui test. fac. i.* 2. *ff. de vulg.* 9. 1. *Inst. de nupt. Novell.* 119. Ulp. 11. §. *ult. Tertull. lib. de anima c.* 20. *& lib. de velandis virginibus.* Macrob. 1. *in somn.* 6. & 7. *saturn.* 7. hujus definitionis cognito utilis est: quippe impubes nuptias contrahere non potest, *ut hic.* cetari, 1. 4. J. *qui testam.* testimonium dicere, 1. 19. *in fin. ff. de testib.* torqueri, 1. 10. *ff. de quæst.* obligari sine tutoris autoritate. 1. 3. §. *de aut.* Plena vero pubertas in masculo decimo octavo, in fœmina decimo quarto anno finitur. *l.* 40. §. 1. *ff. de adopt. l.* 1. §. 3. *ff. de popt. l.* 14. §. 1. *ff. de admin. l.* 57. *ff. de re jud.* §. 3. §. *ult. Inst. quib. ex caus. manumitt. Nov.* 115. *c.* 3. *in fin. l.* 19. *C. De de decur.* Plena vero ætas in masculo viginti annis, in fœmina octodecim. *l.* 2. *in princ. & §.* 1. §. *de ist., qui venium ætat. Novell. Leon.* 28. 5 Olim puberius probabantur ex habitu, Ulp. 11. §. *ult. Inst. h. t. in pr.* vel algetiu, *l.* 3. §. *minor se mojor. l.* 32. *ff. de minor.* ex alpectu, ut Cujacius putat. *d. tit. ff. minor.* necessarie partis, Aristophanes: σφῶν τὴν ἡλικίαν ὁνομαζομένην ἀδιάφορα πολλοὶ ἀνθρώπων. Plato 11. τὸν τῶν τοῦ ἡλικίας χρόνον συμμετρίαν τε καὶ ἀκμὴν τῶν σκελῶν κρίνω μόνον καὶ τὴν αἰδοῖων, γνώμαις δὲ ἀπιθάνοις χρῶμαι τοῦ ἥκειν τε. Quintil. *declamat.* 279. *Pedes nudari solum atque in conspectu judicis confititus cogit.* Idem *in instit. quadrionem hanc consuetudinem esse ait, pubertat annis, an habita æstimetur.* Habitum Dioclet. videtur appellare vigoris vestigium. 1. 4. J. *qui test. ament.* verum Ravanius 4. *variar. rituus.* 1. 3. *l.* 24. §. 1. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 7. *in fin. ff. de cur. fur. l.* 5. §. 7. *ff. de fideiussor.* adde Cujac. 17. *observ.* 8. 50 Prima excepto. 31 Olim erant adulti, vide Ulp. 11. §. 26. 32 In magistratus municipales. 33 Secunda excepto. 34 *l.* 8. *l.* 17. 5. 1. *ff. de adopt. l.* 14. *ff. de tutel.* §. 1. *Inst. quib. mod. tut. finit.* 5. Gell. 19. 35 Facit *l.* 8. *ff. de aqua & aquæ pluv. c. quod omnes.* 29. *arrogat. in fin.*

36 Quibus modis tutela finitur. 1. *Inst.* 22. 37 Tutela pubertate finitur, *ut hic. & Inst. h. t. in princ. l.* 2. *supr. in quib. casibus tut. hab. l.* 25. *ff. de tut. dat. l.* 1. *ff. de tut. & rat.* Sed tamen generali quadam locorum confusetudine, præsertim Germanis tutoris & administratoris officium, & per consequens ejus periculum ad legitimam ætatem adulorum, puta 25. annum continuatur, cujus consuetudinis rationem vide apud Gail. 2. *pract.* 96. 38 Finito principalis officio finitur officium adminicull & adjuncti. adde *l. quæstum.* 12. *ff. de tut.* 39 Certis enim tantum modis quæ per legem introducitis finitur. facit *l.* 10. *ff. de off. proconf.* & inviti tutela continuetur.

1 Pubertas non ex inspectione, verum ex ætate æstimanda. 2 Quinquaginta annos omnimodo pubescere judicantur. *Bas.* 38. *tit.* 1. *c.* 46. *l.* 15. *ff. h. t.* 3 Fit & id quoque desumptum aliunde ex Proculi scilicet schola. Ulp. 11. §. *ult.* Hinc Tertullianus *lib. de anima c.* 20. *Puberatem, inquit, annorum cum carnali decimus contemnere:* pariterque & illam suggestu sensuum, & illam processu membrorum exurgere a decimo quarto fere anno, quia Aesclepiades inde Sapientium populum, nec quia jura civilia abhinc agendis reius obtemperant: sed quod & hæc de primordiorum ratio est. Hanc etiam definitionem fuisse pubertatis pure receptam Macrobius refert 7. *Saturn.* 7. Idem 1. *in somnium S. Ipse annos ita septem ipsa ætas necessitate pubescit.* Idem tutela pueris quasi virile jam robur adsolvitur, de qua tamen fœminæ propter voluptuosi sensuum motus triennio legitimo liberantur. 4 Pubertas igitur in masculo quatuordecim, in fœmina duodecim annis definitur, ut hic, *Gl. l.* 5. *ff. qui test. fac. i.* 2. *ff. de vulg.* 9. 1. *Inst. de nupt. Novell.* 119. Ulp. 11. §. *ult. Tertull. lib. de anima c.* 20. *& lib. de velandis virginibus.* Macrob. 1. *in somn.* 6. & 7. *saturn.* 7. hujus definitionis cognito utilis est: quippe impubes nuptias contrahere non potest, *ut hic.* cetari, 1. 4. J. *qui testam.* testimonium dicere, 1. 19. *in fin. ff. de testib.* torqueri, 1. 10. *ff. de quæst.* obligari sine tutoris autoritate. 1. 3. §. *de aut.* Plena vero pubertas in masculo decimo octavo, in fœmina decimo quarto anno finitur. *l.* 40. §. 1. *ff. de adopt. l.* 1. §. 3. *ff. de popt. l.* 14. §. 1. *ff. de admin. l.* 57. *ff. de re jud.* §. 3. §. *ult. Inst. quib. ex caus. manumitt. Nov.* 115. *c.* 3. *in fin. l.* 19. *C. De de decur.* Plena vero ætas in masculo viginti annis, in fœmina octodecim. *l.* 2. *in princ. & §.* 1. §. *de ist., qui venium ætat. Novell. Leon.* 28. 5 Olim puberius probabantur ex habitu, Ulp. 11. §. *ult. Inst. h. t. in pr.* vel algetiu, *l.* 3. §. *minor se mojor. l.* 32. *ff. de minor.* ex alpectu, ut Cujacius putat. *d. tit. ff. minor.* necessarie partis, Aristophanes: σφῶν τὴν ἡλικίαν ὁνομαζομένην ἀδιάφορα πολλοὶ ἀνθρώπων. Plato 11. τὸν τῶν τοῦ ἡλικίας χρόνον συμμετρίαν τε καὶ ἀκμὴν τῶν σκελῶν κρίνω μόνον καὶ τὴν αἰδοῖων, γνώμαις δὲ ἀπιθάνοις χρῶμαι τοῦ ἥκειν τε. Quintil. *declamat.* 279. *Pedes nudari solum atque in conspectu judicis confititus cogit.* Idem *in instit. quadrionem hanc consuetudinem esse ait, pubertat annis, an habita æstimetur.* Habitum Dioclet. videtur appellare vigoris vestigium. 1. 4. J. *qui test. ament.* verum Ravanius 4. *variar. rituus.* 1. 3. *l.* 24. §. 1. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 7. *in fin. ff. de cur. fur. l.* 5. §. 7. *ff. de fideiussor.* adde Cujac. 17. *observ.* 8. 6 Tutor propter abstentiam non dat curatorem, sed adjorem. 1. 10. *in fin.* J. *qui dare tutor.* qui & adjutor. *l.* 13. §. 1. *ff. de tut.* 7 Tutor potest tutelam administrare per actorem: non per procuratorem: Bart. etiamsi pater tutor filii esse proponatur. *hoc l.* 8 Adhor appellatur, quia plerumque litis causa datur. *l.* 10. J. *de appell. l.* 31. §. 6. *ff. de negot. l.* 24. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 6. *ff. quando ex facto tutoris.* §. *ult. Inst. de curatorib.* 9 Dixi ad *l.* 27. *D.* 1. 10 *Eunuchus* tutor datus immunitatem non habet. *Syn. Basil.* 38. *tit.* 1. *c.* 46. *l.* 15. *ff. h. t.* 11 Adventiano. vide Cujac. 15. *obs.* 3. 12 Curator generaliter datus intelligitur etiam datus ad bona extra provinciam sita, ut eorum nomine etiam taceatur, sed etiam facile ab illis obtinere soleat liberationem. 13 Atqui videtur nemmem posse curatorem dare bonis quæ sita vel posita sint extra provinciam suam. *l. pupilla.* 27. *ff. de tut. & curat. dat.* an hic dicemus cum Accurt. curatorem a Principe datum, vel ab alio ejus mandato, atque ita ab eo qui jurisdictionem quoque in provincia habest? An potius cum Bartolo, provincialibus etiam bonis curatorem recte nari ab eo, qui jurisdictionem habeat in personam adulti: exemplo tutorum, qui, si ab eo dati sint, qui jurisdictionem habeat in personam pupilli, dari quoque intelliguntur, ut administrent bona pupilli in quacunque provincia posita. *l.* 1. §. *uto pot. tut. l.* 1. *ff. de tut. & curat. dat.* 14 *l.* 19. *l.* 21. *in fin. ff. h. t.* adde *l.* 22. *ff. de admin. & peric. tut.* 15 Ingenuus excusatur a tutela liberrini. *l.* 1. §. 4. *l.* 44. *ff. h. t.* quod si reipublicæ tutor excusatio, appellare debet: alias tenetur. *l.* 27. *in fin. ff. de tut. vel curat. dat.* 16 *l.* 1. §. *de interd. matr.* Imo vertione D. Marci. *l.* 15. *ff. de spondal. l.* 60. §. 5. *ff. de ritu.* vid. quæ scripti ad *l.* 7. J. *de pretiis minorum.* 17 Vide §. *de interdict. matrim. inter pupill. & tut.* 18 *l.* 7. *ff. ad leg. Jul. de adulter.* 19 *l.* 7. §. *de interdicto.* 20 Uxori. Si maritus ignorans curator datur uxori, a pœna Senatusconsulti excusatur: si tamen aliunde subditui petierit. vide *l.* 2. §. *qui dare tut.* 21 Libertus nullo modo excusatur a tutela vel cura filiorum patroni, adeo ut quamvis eorum tutor fuerit, ab eorum cura gerenda non excusetur. *l.* 1. §. 4. *l.* 14. *ff. h. t. l.* 14. *ff. de tut. dat.* vide tamen Paul. 2. *sent.* 28. §. 2. 22 Quinquaginta dies excusationum incipiunt cedere, postequam tutor decretum prætoris, aut testamentum quo tutor datus est, cognoverit. *Synopf. Basil. d. tit.* 1. *c.* 50. Igitur ignorantiæ non currit aut elabitur tempus excusationibus conditum a lege, *ut hic*, & *l.* 13. §. 1. *ff. h. t.* Eadem ratione Bartolus *in l. quæstio.* 5. J. *qui admitti.* negat, ignorantiæ tempus jurisprudenti currere. 23 Tempus fe excusandi a tutela non currit ignoranti. 24 *l.* 8. §. *qui dare tutores.* Hodie excitores & debitores pupilli excusantur ab ejus tutela. *Nov.* 72. *c.* 1. 2. 25 *l. ult.* §. *qui dare tutor.* adde *l. unic.* §. *ne tutor vel curator cuſtog.* Aliud in conductore vectigalium civitatis illicujus. *l.* 15. §. 10. *ff. h. t.* 26 Præfertim si præstentes negotium exercent. *l.* 8. §. 1. *ff. de vacat. mun.* in aliis liberantur. *l.* 6. §. 11. *ff. de jure immunit.* Dicamus, muneribus fungi posse, sed tamen fine damno fisci, quod ut fieri recte possit, præfidis notionem esse. *l. ult.* §. 1. *ff. ad municip.* 27 Adde *l. ult.* §. *qui dare tutores. l.* 1. *ne rusticam ad allum obsequium. l.* 1. J. *de agricol. & cens.* 28 A præfide. *d.* §. 11. 29 Dixi ad *l.* 3. §. *qui dare tutores.* aliud in exco. *l.* 40. *ff. h. t. l.* 1. J. *qui morbo.* 30 Facit *l.* 22. *in fin. l.* 41. *ff. h. t. l.* 8. 1. *Inst. h. t.* 31 Tutor testamentarius tenetur bona administrare etiam extra provinciam constituta, præterquam si ab his se excusaverit: quo nomine curator ei adjungi solet. dixi ad *l.* 5. §. *qui dare tut.* 32 *l.* 3. J. *in quibus causis tut. vel cur. habent.* 33 *Voluntaria*, Hal. 34 *l.* 30. §. 2. *l.* 31. *in fin. ff. h. t.* facit *l.* 7. §. *de infor. l.* 28. §. *de pact. l. ult.* §. *ne aver pro marito.* adde que scripsi ad *l.* 6. §. *de infor. l.* 1. J. *de fideiussoribus. Novell.* 1. *cap.* 1. *l.* 19. §. *de agricolis.* 35 Privilegium iusve excusandi fe ab officiis tutelæ vel curæ qui habet: si munus subiit, extinxit non poteſt (quantum ad munus sponte suſceptum) ie excusare: An & ab illis similibus in futurum? poteſt. vide Wurmser. 1. *prælect.* 32. *elf.* 6. Per actum uni rei tantum contrarium non amittitur privilegium in aliis.